

PROMPTUARIUM

# JVRIDICVM,

QUOD SCILICET IN PROMPTU  
exhibebit rite, ac diligenter quærentibus omnes  
resolutiones circa universum jus Pontifi-  
cium, Imperiale, ac Regium, secundum  
quod in tribunalibus Lusitaniæ  
causæ decidi solent.

OPUS DE PROMPTUM EST PRÆCIPUE EX AUTHORIBUS  
Lusitanis, qui vocantur regnicolæ, & agunt per decisiones, consul-  
tationes, observationes, & allegationes de causis, & casibus,  
qui nostro, & superioribus sæculis obtingentes tribunalia  
Lusitana pro decisione obtinenda subiere.

**AUTHORES SUNT**

ANTONIUS A GAMA, GEORGIUS DE CABEDO, ALVARUS  
Valascus, Melchior Phæbeus, Michael Reinoso, Gabriel Pereyra, Tho-  
mas Valascus, Emmanuel Themudo, & Antonius de Souza de  
Macedo, qui quatuordecim tomis suas omnes resolutiones tra-  
diderunt. His accedunt multi alii authores Lusitani, &  
etiam exteri, qui de certis materiis, v. g. de jure em-  
phyteutico, de testamentis, de judiciis, de maiora-  
tibus, aliisque ex professo tractarunt, ad quos  
frequenter toto hoc opere  
sunt remissiones.

U N D E

NOSTER HIC LABOR, SEU LIBER NON HABENTIBUS IN SUA BIBLIOTHECA  
tales Authores, inserviet pro compendio, in quo sint illorum resolutiones: habentibus  
vero tales authores, inserviet pro repertorio ad facile inveniendum nostrum  
jus abunde illustratum, & locupletatum.

COLLEGIT

P. D. BENEDICTUS PEREYRA  
SOCIETATIS JESU PORTUGALENSIS BORBANUS,  
*in Supremo S. Inquisitionis Senatu Censor Qualificator: olim in  
Eborensi Academia Sacra Theologia professor primarius,  
& jam emeritus per continuatū vicennium, & ultra  
docendi S. Theologiam.*

EBORÆ.

Cum facultate Superiorum, ex Typographia Academiae.  
Anno Domini M. DC. XC.





# AD MARIAM

## SEMPER VIRGINEM DEI MATREM,

### ABSQUE CULPÆ ORIGINALIS LABE CONCEPTAM.



**P**ERSISTO adhuc, ô Virgo Dei Genitrix, in ea mente, quam mihi unigenitus tuus, Deus optimus maximus iniecit, ut nempe dicarem tibi mea omnia opera, scilicet in lucem edenda illius auspiciis, quæ operum omnium auctorem in lucem edidit.

Quod si reliqua vel jam olim typis mandata, vel prope diem mandanda tuum vendicant, & experiuntur auxilium, hoc peculiari ratione, utpote *Promptuarium Juridicum*, seu liber justitiæ, ac legum Lusitanarum, illud implorat.

Justitia enim dici potest concivis tua, eo quod in cælo nata, juxta illud, *Justitia de cælo prospexit. Psal. 84.* In cælo (inquam) quod pro patria jam inde ab incunabulis vendicasti in cælo apparens, *Signum magnum mulier amicta sole. Apoc. 12.* Totâ enim etiam ab ortu, ô Magna Mater, fuisti cœlestis, utpote fundata in sapphiris, scilicet gemmis cœlestis coloris, juxta vaticinium illud, *Ecce ego fundabo te in sapphiris. Isaie 54.* Habuisti pro fundamento lapides cœrulei coloris, quasi ea, quæ in te inferiora videbantur, & quasi totius ædificii fundamenta, cœlesti plana fuerint.

A quo igitur, ô Virgo Patens, meus iste qualiscumque liber continens leges, & justitiam, potiori jure implorabit opem, quam ab ea, quæ Angelorum, simul & hominum Patrona, suum etiam Deo homini impendit patrociniûm, suis visceribus claudens parvulum, suis uberibus nutriens puerum, suis ulnis, & gremio fovens tenellum?

Nonne meus liber justitiæ, legum, ac juris jure flagitabit lucem a te, quæ ab omni originali injustitia immunis omnem semper justitiam retinens, Solem justitiæ, & Legislatorem nostrum edidisti in lucem? Tu vere aptissime figurata in illa prima luce, quam rerum omnium conditor primo suo verbo protulit, & ex illa postea Solem produxit. Tuus ille Sol justitiæ Christus servator, quem virtute Spiritus Sancti concepisti, vere liber est, clausus sigillis septem, hoc est septemplex Divini Spiritus munere, quem vidit in cælo Joannes. Apoc. 5. Hic liber à Divino Spiritu





PROMPTUARIUM  
**LVSITANVM**  
 JURIDICVM.

**A**  
**ABBAS.**



**ABBAS** quando sibi rem monasterii possit acquirere jure emphyteusis. *Gam. d. 377. n. 1.* Neque Abbas, neque monachus aliquis potest sibi acquirere

rem aliquam, etiam jure emphyteusis. Quia ratione monachatus, & voti solemnis paupertatis incapax est non solum domini directi, sed etiam domini utilis. Unde ad emphyteusim, quam in se habeat, nominare nequit. *num. 2. 4. & 6.*

Abbates, & Prælati non possunt concedere provisiones de officiis, & beneficiis annexis suæ abbatia: in tempus, quo vacaverint post eorum mortem: contrarium in Principe dicendum est. *Phab. d. 27. n. 3.*

Abbates non possunt bona Ecclesie concedere in emphyteusim suis consanguineis. *Phab. d. 82. n. 21. & 32.*

**R E M I S S I O N E S.**

*Fragos. p. 2. lib. 11. disp. 24. Mend. in pract. lib. 2. §. 2. Aug. Barb. tract. appell. ap. 1. & 2. & 3. Tamborinus de jure Abbatum in 10 n. 210. De abbatibus tom. una. Illust. Cesar. in sua Hist. disp. 12. §. 2.*

**A B S E N T I A.**

**2** Declaratur quæ sit brevis, quæ longa absentia. *Phab. d. 101. n. 9. 10.*

Si confratres electi discedant ad longam absentiam, potest fieri nova electio. *Phab. d. 101. n. 13. 14.*

Si arbiter discedat ad longam absentiam, extinguitur compromissum. *Phab. d. 101. num. 11.*

Assignatur regula, ut intelligatur, quando quis discedat apimo redeundi. *Phab. d. 101. num. 15. 16. 17.*

Si electi post absentiam redeant, non de illis fiet nova electio, sed iterum admitti debent, quasi olim electi, non quidem ex præcisâ necessitate, sed ex honestate. *Phab. d. 101. n. 19.*

Propter absentiam permittuntur multa, quæ aliâ non permetterentur. *Rein. obs. 28. n. 3. Idem obs. 60. n. 26.*

Marito absente, quando uxor possit agere, & conveniri? *Reinof. obs. 28. n. 4.*

Traduntur rationes, ob quas uxor videtur habere legitimam personam standi in judicio, absente marito. *Rein. obs. 28. n. 5.*

**3** Absens, qui convenitur, ut hæres debitoris, omnino est citandus, nec per edicta, si in loco certo sit. *Gam. d. 15. n. 1.*

An per aliquam absentiam Episcopi possit publicari sedes vacans? *Thom. d. 135.*

Monachus, Abbate absente, potest esse in judicio, & actiones intentare. *Rein. obs. 60. num. 27.*

Abesse ut dicitur in judicialibus, qui à